



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Eivsdem Ad Socios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

pellantur, cum tamen alioquin ab humanitate ipsi quoque maris accolæ nequaquam abhorreant. Sed iam finis epistolæ sit. plura propediem: atque vti nam cuiusmodi omnes optamus. Meaco v. Calend. April. MDLXV.

EIVSDEM AD SOCIOS.

DE statu rerum Meacensium, & religionis Christianæ processibus ad Paschatis vsq; peracta solennia, superioribus litteris ad vos fusè perferri p̄si. at textâ nunc fratres carissimi reliqua, è quibus facile iudicare possitis, quàm assiduis vestrum omnium sacrificijs pijsque deprecationibus egeamus.

Postquam à Paschali conuentu neophyti in suas domos & vicina castella digressi sunt, nos Meacensibus Euangelij prædicare perreximus. auditores minimè deerant. multi etiâ diabolicis fraudibus, & taponicæ superstitionis prauitate conuicta, sic immutabatur afflari diuinitus, vt constantissimè crederent, in vno Christo Domino ac Redemptore nostro omne salutis humanæ perfugium esse repositum. Veritabat etiam ad nos cum alijs principibus ciuitatis, quidâ Regis Mini cognatus, vir sanè perspicax: is cû à nobis multa subinde perquireret, litterisq; responsa mandaret cõmentandi causa; tantus illi paulatim veniens illuxerat splendor, non modò vt ipse in voluntatem Christianæ suscipiendæ religionis vehementer inuenberet, sed etiam spem nobis adferret fore, vt Mini regnum vniuersum ipsius opera atque auctoritate sacrosanctum acciperet Euangelij lumen. Ad hæc, Iobeleum summo Pontifice datum, ad felicè euentû Tridentini Concilij precibus ac ieiunijs impetrandum, in hac vrbe propositum est octauo ante Pentecosten die. cuius rei ratio in pagos & castella perlato, magno studio ac pietate sese comparauere neophyti ad tam insigne Christi Domini beneficiû: & quâquam per eos dies Gaspar in festum incidit, & ego non optima sum vsus valetudine, tamen concursu ad nos Christianorum facto, Dominica

Pentecoste, imbecillitatem nostram Domino liberante, per occasionem tam amplæ consequendæ integritatæ, multos & verbo Dei, & sacratissimo CHRISTO, in opere pauimus, quod illi nimirum, ut solent, vimio fletu crebrisq; suspirijs percepere. is erat Christianus, cuius cursus, ut in tantis gentium tenebris, tantaque adteriorum potentia, sat secundus: iamque parabat. Vnde totam hanc Meacensem obire prouinciã, & prout festulisset occasio, per ethnicorum pagos & oppida circumferre Euangelium; cum captis interuenit atrocissimus & post hominum memoriam inauditus facinus, quod non modo conatus nostros omnino impediret, sed et nos ipsos in extremum vitæ discrimen adduceret. Nunc Regulus Imorensium (de quo scripsi ad vos antea) Meaxindonus, deuictis à se gentibus quibusdam potentia & que opibus auctus, ipsum quoq; Cubi, in pace et securum, & imparatum à rebus omnibus, recte nihil eius modi metuentem, imperio quod magna cum auctoritate regebat, per summum scelus atque perfidiam deuictum ac tyrannidem occupare constituit: neque apud indomatum dominandi libidine animum, vel Cubi virtutem & probitas, vel plurima eaq; maxima ab eodem in se profusa beneficia valuere. Igitur assumptis latrocinijs, duobus, Narensium tyranno Daiondono, & alio quodam dynasta; cum delectis armatorum duodecim milibus, pente Meacum iter intendit eò certiore spe rei perituro, quod & ipse Cubi nomine vniuersæ rei bellæ paratus, & plurimos habebat in vrbe Meaco satellites & circumcopijs ergo prope urbem iussis opportuno loco latere, ipse cum fidelium manu speire officij Meacum inuenit, mirum ut quibusdam recentibus honoris insignibus Cubo decoratus, ei gratias agat, atque ut quod tantamquam maxime sine tumultu transigaret, ad alia rectoris officia illud etiam addit, ut Cubi in suburbiorum quodam Bonziorum cenobium blandis precibus ad excedendum inuiter. namque ibi circumuentum aditum placet. Sed cum res parum procederet, quod Cubi de confidete prope Meacum exercitu factus deniq; cecidit, & suspicatus

id quod erat; non modò se Mioxindono minimè
 crederet, sed etiam fugam pararet (ex qua deinde impru-
 denti comitum suorum consilio reuocatus est) Mioxin-
 donus apertè ratus agendum, copias omnes ad regiam
 propius ad mouet: ac ne inexpressibili in suum Imperato-
 rem ac Regem odio accensus esse videretur, dum inops
 consili) Cubus cum familiaribus trepidat, præmittit ad
 Regiam qui palam denuntiet, se Cubi ipsius caput mini-
 me potere, certis tantum eius cognatis amicisq; grauius
 infensum, corū potentiam vltra ferre non posse: itaq; tū-
 demum rem conuenturā, seq; inde cum pace abiturum,
 si complures proceres, quos nominatim in scheda de-
 scripserat, quamprimum interfici iubear. ad hæc tam in-
 iurgis impudentiæ postulata, ira percitus is qui ad ea
 cognoscēda Cubi iussu prodierat, grandis natu aulicus
 illic ipse qui nos ad Cubum introducere consueuerat,
 vincta quam legerat scheda, verbisq; grauisimis in-
 puenidas inuectus, ad extremū addit, rebus iam despe-
 rato quoniam quidē alia ratione nō possit, certè volun-
 taria morte sese officio fideiq; suæ satis esse facturū. His
 dictis regressus in regiam, coram ipso Cubo strictū pu-
 gnam gentis more sibi condit in viscera, & moribun-
 dus occumbit. eodē ipso leto quattuor alij, cum præ ti-
 more ocellis ianuis non admitterentur, mox in ipso
 apperiere vestibulo. Senis verò demortui filius, vt pa-
 trem conspexit exanimem, præceps dolore atq; iracun-
 dia fertur in coniuratos infestus, pugnantq; perimitur:
 cum illi pluribus locis palatio flammam iniiciunt, quòd
 ab eis vbi sensit, certus prælio potius quam incendio
 morte oppetere, ex honestissimæ grauisimæq; sceminæ
 amplexu se proripit, vaditque cū suis armatus in
 infera hostium aciem: ibi quàm acerrimè dimicans,
 vicem hastili, caput sagitta confixus, duobus præterea
 ictibus acceptis in facie, cōcidit: super eū præliantes
 egē centū circiter aulici primæ nobilitatis viri ster-
 tuar: quorū cū animi magnitudo ac fidelitas om-
 nium præsertim adolescentuli cuiusdā quartū deci-
 mum annū agētis enituit: qui cū in certamine hostes

pane obstupefecisset audacia miraculo, cum quorundam
 sublato vndiq; clamore conarentur exciperent. Cubi
 defunctum intuitus, sibiq; turpissimum rarus se hoc
 Dominoque superstitem esse; gladio confestim impo-
 sicam arripuit, abscissoque sibimet gutture eandem
 adegit in viscera. Inter hæc hostes, qua per incendia
 tuit aditus, in regiam frequentes irrumpunt. Fratrem
 bi Bonzium vnâ cum matre, nequaquam vel huius
 neccutem, vel illius adolescentiam miserati, accerbissimi
 contrucidant: regia gaza diripitur: cuncta ferro flamma-
 que miscentur: honoraria puellæ ac pedisq; regula-
 rum fere ac principum filia & clarissimis ortâ famulâ-
 omnia miserabiliter eiulatu gemitibusque complacent,
 inter obsessos armatis exitus conantur sibi fuga con-
 lere; quarum aliqua vestimentis etiam in illa ipsa imma-
 nitate petulâter atq; procaciter à militibus excurrunt: fi-
 lia verò ad viginti, dū ancipiti metu distrahitur, hinc michi-
 tes horrent gladios, inde sauienti perterritæ incedunt
 in conclaue quoddam abdita, quò rōndū hōmīnū pē-
 uaferant, igne deinde grassante opinione ceteris, ho-
 dem oppressâ, atq; ad vnâ omnes absumptæ sunt. Quo-
 rō Cubi ipsius filia duæ ad pedes hostium prostratæ. Im-
 pliciter, Christiani cuiusdam beneficio, in ædes propa-
 quas amicorum, incolumes euasere. at mater ipsam
 regina, inter ancillarum greges tum quidem elapsa. So-
 citer, in quoddam sese cœnobium recepit, palisibus mi-
 le circiter & quingentis ab vrbe disunctum; sed paulo
 post à conquistōribus deprehensa, vbi sese Dairōndoni
 & Mioxindoni iussu morti destinaram esse cognouit.
 chartam atque atramentum poposcit, scripsitq; sua ma-
 nu multis verbis ad filiam vtramque litteras, quarum e-
 rat clausula, viro suo per summam iniuriam à rebelli-
 bus interempto, se quoque nullo suo merito ad necem
 rapi: verum tamen equissimo animo sese mortem obire,
 nec dubitare quin hoc totum pro sua infinita clementia
 de se statuisset. Amida, quò citius ad paradisi gaudia per-
 uenire, ibiq; Cubo suo in perpetuū perfruī sibi liceret.
 Deinde obfignata epistola, cum Bōzijs apud quos deli-
 tuerat

merat gratias egisset, ad arā Amida perrexit: ibi mani-
 bus sublatis in cœlum, obtinendæ indulgentiæ causâ A-
 midam bis inuocat nominatim, & simul cœnobiarcha
 ad absolutionis indicium manus capiti supplicantis im-
 ponit. inde regressa in cubiculum, elatis manibus Ami-
 dam rursus appellans, à militibus iugulata est. Iam verò
 qui Cabo in extremo certamine affuerant, eorum ædes
 diruta, suburbana ædificia solo æquata, corpora simul
 cum ipso palatio concremata sunt. Cubi tantum cada-
 uer, hostiū permissu, à Bonzijs ad rogū ac sepulturam e-
 ratum est in cœnobium, quod ille ad eam ipsam rem in-
 genitū sumptu construxerat. primarius autem quidā è Cu-
 bi familiaribus peregre proficiscens, cum rem gestam in-
 cinere cognouisset, Meacum rediit illic: atque vbi re-
 gnam deletam, & omnia versa vidit in cineres; sepulturæ
 locum rectā petiit, ibique dissecto sibi met ventres super
 Cubi tumulum corruit. Sorores Cubi duæ sunt Bonzię,
 quas, quamuis inclusas cœnobio, nihilo minus aiunt pe-
 tu conuictijs atque ludibrijs hostium: atque ob id ipsum à
 sodalibus perpetuò custodiri, vigilijs distributis, ne sibi
 met necem ex desperatione consciscant. Nos interea ci-
 uitate ad acerbum adeo spectaculum ingenti pauore per-
 cussa, cum domum nostram neophyti confugissent, ad
 quæ ac Litanias conuersi videlicet, mortem expecta-
 bamus in singula panē momenta nec sanè, quod Bon-
 ziorum in nos odium est, quæque corundem apud Mio-
 xindonum atque Daiondonum gratia & auctoritas,
 multū ab extremo periculo abfuit. sed cum ad nos clā
 venisset pro amicitia scriba Mioxindoni, pectus feriens,
 & impietate Domini sui grauius detestās increpāsque
 multis deinceps nuntijs atque interpretibus vltro citroque
 missis, magno vix tandē labore impetratum est, sacra iā
 reſte cæteroque instrumento in pacata loca præmissa,
 exsulatū nobis abire liceret. Itaque Gaspar Imorim ad
 Christianos profectus est, ego paruam sum relegatus in
 insulam nomine Cangam. Atque vt intelligatis, nisi hæc tā
 atrox repente procella exstitisset, quæ latos Domini vi-
 cea fructus ostēderet, quo die discessimus (is fuit sanctæ

Maria Magdalena facer) eo ipso die, quamquam magna trepidatione ac tumultu, Bonzius vnus, laici vero Mioxindoni familia Baptismi Sacramento renouatur. Quod superest patres fratresque carissimi, votorandus est etiam atque etiam Deus, vt afflictas res sua bonitate sapientiaque restituat: ne stultis rationatoribus, & occulta iudicia Domini parum equa iudicantibus, plus diabolus ad euersionem Ecclesie Medicensis, quam Christus ad eiusdem tutelam defensionem que valuisse videatur. Ex Iaponis insula Canga mensis Augusto. MDLXV.

ORGANTINI BRIXIENSIS
ad Socios Romam.



NON eram nescius (fratres mihi carissimi) quam grata vestris auribus accideret, si re soleant ea, quae de nostrorum hominum laboribus atque periculis ex India perferuntur ad vos. Quae tamen permittere nolui, quin ex ipis quae hoc anno praecipue contigerunt, nonnulla perferiberem, praesertim vero felicem Francisci Lupij obitum, qui vna cum fratribus nostris duobus, ante vnum mensem, pro constanti Catholicae fidei confessione a Mahometanis interfectus est: vt simul intelligatis & quantopere diuino subsidio vestrisque deprecationibus egeamus; & quae maxime requirantur, ut qui Indicam hanc expeditionem atque prouinciam expetat.

Illud igitur primum: Patres duos, Ramirum & Aluatum, qui à vita migrasse (quos ignota quapiam in regione viuentibus putabamus) hoc anno denique pro certo cognouimus. Hi ante biennium Iaponis regna petiuri, onerati quaedam in vrbe Cocino conscenderat, sanè inuiti, vel quod nauicularius vir potens, nimia lucri cupiditate, mercatores in suam vnus nauē merces imponere per vim & iniuriā cogeret: vel quod ob id ipsum nauis inuito potere pra-